

Regenerationis gratiam multis demum temporum intervallis post subsequi baptismum, in Infantiâ perceptum: quin potius in illo ipso temporis momento, & baptismi actu, illam verè non quidem ex opere operato: sed institutione & promissione Christi, statim conferri piè creditur.

107. Neque vero isthac, quæ hoc usque de efficacia Baptismi sunt disputata, eò sunt rapienda, quasi non Spiritus sanctus modo extraordinario, regenerationem in homine operari sine medio & organo isto possit, si velit.

108. Haud enim sumus nescij, Spiritu sancto donatos fuisse quosdam in primitiva Ecclesia Apostolorum, priusquam baptismi tinti essent, uti de Cornelio scriptura testatur. Act. 10.

109. Sed quid ordinario modo & ratione, à DEO ipso sanctâ, infantibus in usu baptismi conferatur, hic potissimum attendimus; ad quem modum, uti in casu necessitatis, Spiritum sanctum minimè alligatum esse, credimus: Ita eundem, (ordinarium modum suspectes) per Baptismum Regenerationem hominis efficere, arto statuimus.

### Q V A E S T I O V.

Ad quos Baptismi fructus se extendat.

l i s                  In